



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

176 Idem, quod supra num. 173. Qui crucesignatorum verè gaudeant privilegio eis concesso ab Innocent. Papa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- ut plurimum sunt personæ inhabiles ad arma, & ad præstandam, quæ ad dictarum indulgentiarum consecutionem requiruntur.
174. Ideo, ¶ quemadmodum non adimpleta integre conditione, sub qua indulgentia conceditur, quis illam consequi non potest, ut per Navar. in *comment. de Indulg. not. 19. numer. 2. 3. & 4. tom. 2. & Graff. in decis. cap. 15. num. 22. par. 1. lib. 4.* ita inhabiles ad sustinendum laborem, quem concilium generale requirit, sunt incapaces ad dictam indulgentiam consequendam.
175. Quia ¶ indulgentiarum concessio non est extendenda. Navar. in *d. comment. de Indulg. not. 9. nu. 9. & Card. Bellarm. eod. tit. c. 7. propos. 5. lib. 8. tom. 3.*
176. Quod verò, inquit Abbas, ¶ esse consuetudine inductum per inquisitores hæreticæ pravitatis, quod assumptis hanc crucem, etiam tempore pacis, dicto privilegio gaudere possint, ut in *eodem capitulo excommunicamus, num. 4.* illius opinio est civiliter intelligenda, ut scilicet, procedat favore personarum, quæ utroque tempore pacis, & belli ad ea, quæ dicta constitutio requirit, quandocunque, & ubi opus fuerit, contra eosdem hæreticos, videlicet, ad se armis accingendum, & dimicandum sint habiles, & parati, quia ad privilegium consequendum requiritur illaabilitas; quam privilegium unoquoque 177. privilegiando postulat, & habitas certarum personarum ex certa limitata causa non extenditur ad alias personas, in quibus non concurrunt illa super quibus fundatur habitatio, arg. text. in *c. generaliter, ver. constantum 16. q. 1. c. sanè, de privileg. & Alex. in cons. 75. visis, ac pederatis, n. 36. l. 4. 181.*
178. Infertur propterea, ¶ dictas sodalitates sub invocatione sanctæ crucis erectas non majore (quo ad casuum reservatorum absolutionem) quo alia disciplinatorum confraternitates privilegio esse munitas, quidquid aliter modernis temporibus fuerit scriptum; quia illæ facultates absolventi à casibus reservatis fuerunt sublatae per concil. Trident. quo prohibetur absolutio à casibus Papæ reservatis, ut *cap. 7. de cas. reserv. sess. 14.* & prædicti casus de quibus supra vers. in super eadem constituitur, sunt semper in Bull. Cœn. Domini reservati, ut in *constitutio. Gregorij 8. cap. XIII. de qua in Bulla Romana, cap. 92. §. declarantes cum sequentibus, & alijs aliorum Pontificum, & novissime summi Pontificis Pauli Papæ Quinti, & pluries super eodem cap. 7. de cas. reserv. fuit à sacra congregat. concil. declaratum, ¶ pluresque alia declarationes extant, quibus caveretur, ne Regulares, vel alij, vigore quorumcunque privilegiorum à casibus non solum Sedi Apostolicæ, sed nec locorum Ordinariis reservatis, absolvere possint. Præter quas, duæ emanarunt Clem. Papæ VIII. qui suo decreto per totam Italiam publicato, sub die 13. Novembris 1600 & alio declaratorio sub die 26. Novembris 1602. pœnis in contrafacientes inflictis, ut *eisdem decretis de quibus scripsi, in tom. 2. capit. 38. num. 169. 170. 171.**
180. Idem statuit, & declaravit, ¶ clausula sublata, &c. quæ removet facultatem aliter judicandi, vel interpretandi, & decreto irritanti de super edicto, quod omnia in contrarium gesta annullat ipso jure, ut *cap. si eo tempore, de elect. in 6. cum aliu. alibi allegatis.*
- ¶ Illud etiam advertendum, ¶ quod illæ facult-